

m. o. n. i. t. u. r. u. m.
 s. u. m. m. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.

C

s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.

S

s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.

m. o. n. i. t. u. r. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.

C

s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.
 s. u. m. m. u. m. u. m.

93.66.9.1.9



enigmata qle in hac vita inveni.

pat. s3 no totat p hie in m



VI.
Centuria

CONCLUSIONUM,

DE PACTIS
ET TRANSACTIONI-
BUS IN CAUSIS
CRIMINALIBUS,
desumpta

Ex Nobili illa & tot Scriptorum
laboribus nobilitata constitutione L. Transigere
18. C. de Transact. & Concordant.

QVAM

A. A.

Scitu & permisso inclutæ Facultatis Juridicæ

P R Æ S I D E

Viro Clarissimo & Consultissimo

Dn. PHILIPPO LOCHMANNO J. U. D.
Præceptore suo æternùm honorando.

Examinandam publicè proponit

JOHANN: CHRISTOPH: von Rottwitz/
EQ. SILES.

Die 18. Septemb. in Aroaterio Jctorum.

J E N Æ

TYPIS JOHANNIS BEITHMANNI,

ANNO MDCCXVIII.





Magnifico strenuo verèq; Nobilissimo
V I R O,

*Dn. JOHANNI FABIANO à Kottwitz/
in Bruntzelwaldaw & Altenawe Regii Judicii Duca-
tus Grosigloviensis Adfessori dignissimo, Domino Pa-
truo ac Tutori Parentis loco devotè & filiali
affectu perpetim suspiciendo
ac prosequendo.*

NEC NON

Strenuo ac generis splendore Præcellentissimo
V I R O,

*Dn. GEORGIO à Glaubitz/ in Lang-
genhermesdorff & Tshrin/ Domino suo Avunculo
multis nominibus honorando.*

*Hocce Juris Exercitium debite grati-
tudinis ergò & in sui commendationem*

Dedicat, offert, & consecrat

*Johann. Christoph. von Kottwitz/
Eq. Sil.*



A D

L. Transfigere 18. C. de
Transactionibus.

CONCLUSIO I.



Ex Transfigere est Nobilissima ac celeberrima, tricus, ut vulgò loquuntur, & meandris involuta, quibus perplexi eandem Varii in varios & miraculosos sensus torse- runt, adeò ut in ejus interpretatione omnes Dd. diligentissimè lapsos fuisse.

Forcatul, in cupid. jurisperit. c. 3. tradat.

II.

Idq; ideò, quia ex jucundissimâ antiquitatis cognitione descendit, unde nullam in Cod. Legem obscuriorem habere tractatum, imò multos in illa l. contra juris rationem & principia commentos fuisse.

Anton. Faber. lib. 2. conject. 20. & alii scripserunt.

III.

Utilitas ejus exigua sanè & minor non est, cum vix ulla causa frequentius agitentur in judiciis, quàm quæ de criminum pactionib. & transactionibus instituantur, nec aliunde quàm ex hac l. nostra decidi possunt.

A 2

IV. Nos

IV.

Nos igitur sanio rem ejus sensum indagantes difficultatem istam eā quā fieri potest perspicuitate hac nostra discussione superare tentabimus.

V.

Quia autem tota L. Transigere agit de criminibus, operæ præcium me facturum, imò demonstrare necesse duco, de quibusnam criminib. seu delictis loquatur, quæ sequentibus quasi viam præmuniunt, & evidentiorē præstant intellectum.

VI.

Ubi sciendum agere Impp. Dioclet. & Maximin. non de omnibus criminibus, sed de iis tantum, quæ ex LL. publicorum judiciorum descendunt, & publica vocantur.

VII.

Quæ quia duplicia sunt, alia capitalia, alia non capitalia ratione pacti & transactionis, diversum jus in illis atque in his obtinere rescripserunt.

VIII.

Capitalis Latine loquentibus quidem omnis causa existimationis denotatur, l. licet 103. ff. de V. S. nec incongruè dici potest is capitale periculum subire, qui actione famosa pulsatur.

IX.

Attamen si de publica accusatione & delicti pœna questio incidit, in jure nostro strictius & causam capitalem eam tantum accipere debemus, ex quā damnato mors contingit.

§. 2. Inst. & l. 2. & l. 8. §. 1. ff. de publ. judic.

X. si ve

X.
Sive naturalis sit, quæ & ultimum supplicium vo-
catur; sive civilis, ut deportatio, damnatio in me-
tallum, &c.

§. 21. & l. 28. ff. de pœn. l. 33. §. publicæ ff. de procurat.

XI.

Quo significatu tamen Impp. hoc loco non utun-
tur, sed strictissimè; quatenus ultimum supplicium
tantum & mors naturalis infertur. Borch. in l. 103. ff.
de V. S. Cujac. 6. observ. 11. Istamque opinionem folius Sy-
billa veriore esse ait Delrio hic part. 1. n. 36.

XII.

Ratio ex posterioris legis nostræ parte est desu-
menda; Quia illud delictum capitale vocant, quod
sanguinis pœnam ingerit.

XIII.

Sanguinis autem pœnam in jure nostro mortem
naturalem denotare patet.

Ex. l. in capitalibus 1. ff. de bon. eor. qui ante sent. vide Delr.
nu. 102. fol. 36.

XIV.

Ubi Ulpin. pœnam mortis & sanguinis indif-
ferenter ponit, eidemque ignoscendum esse ait, qui
sanguinem, id est, vitam suam quovis modo redi-
mere velit.

Text. express. in d. l. 1. & l. ult. ff. de prævaric. l. fin. §. ult. C.
de Judais & Coelicol.

XV.

Idcirco autem sanguinis potius quàm mortis me-
minerunt hic Impp. ne quis fortè putaret, illos etiam

de civili morte sensisse, utpote quæ morti civili nullo modo adaptari potest.

XVI.

Unde apparet delicta seu crimina, quæ mortem civilem inferunt, libertatem & civitatem auferendo, licet aliàs capitalia sint, hoc loco tamen delicta capitalia non dici.

XVII.

Quibus ita tanquam evidentialibus præmissis, ad l. nostram propius accedimus, quæ de criminibus capitalib. talem proponit regulam: Transigere vel pacisci de crimine capitali excepto adulterio prohibitum non est, quam gl. versiculo tali exprimit.

Sanguinis in pœnis nisi mœchus transigit omnis.

XVIII.

Rationem reddit Ulpin. quod Impp. ignoscendum censuerunt ei, qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum velit.

d. l. i. ff. de bon. eor. qui ante sentent.

XIX.

Idque etiam naturæ juri & æquitati consentaneum Consultiss. Dn. Arumæus Præceptor meus honorandus in disp. suath. 19. & seqq. ostendit.

XX.

Nec legem istam scriptam, sed natam esse, nec didicisse nos aut accepisse, sed ex ipsa natura arripuisse, hausisse, si vita nostra in aliquas insidias incidisset, ut omnis honesta ratio esset expedienda salutis succinit

Cicero in Orat. pro Milon.

XXI. Licet

XXI.

Licet autem istam regulam generalem Revardus & Sequaces ad ea delicta, quæ publicam vindicationem seu executionem non habeant, restringere velint; Alii verò quorum numero Hottoman. negativam transponere audeant, eandem tamen, pro ut verba sonant, sartam & tectam contra omnes retissimè tuebimur.

Revard. c. 4. varior. cap. 6. Hottoman. illustr. quest. 32.

XXII.

Transigere vel pacisci de crimine capitali prohibitum non esse, inquit text. Unde hoc circa legem nostram dubium emergit; Num ista constitutio in Accusatorem vel Reum: An verò utrumque sit concepta nec ne?

XXIII.

Et sanè licet ratione effectus transactionem utriusque prodesse fatendum; Attamen quia iure ff. de Reo satis erat prospectum, ipsius intuitu nova constitutione haud opus fuisse existimamus.

XXIV.

Idque ideò, quia in eiusmodi causis criminalibus & sanguinis poenam ingerentibus Reo permissum fuisse delatorem corrumpere, & sanguinem suum quocunque modo redimere. Ulpin. diversis in locis respondit.

XXV.

Unde relinquitur istam constitutionem in Accusatorem

Jatorem tantum conceptam esse ab Impp. utpote de quo propter inscriptionem & pœnam S^Cti Turpiliani, quâ desistens ob accusatione absque abolitione coërcebatur, controversum fuit.

XXVI.

Rationem desumendam putamus ex textu nostro, ubi Impp. istam constitutionem tantum ad evitandam falsi accusationem introduxerunt, rescribendo: in aliis delictis absque falsi accusatione transigere non licere, ut infra pluribus ostendemus.

XXVII.

Denique stabiliri potest etiam hoc exinde, quod textus loquatur non modò de transigente, verum etiam de paciscente, qui rem certam & indubitata liberalitate remittit.

Text. in l. 1. ff. de Transaction.

XXVIII.

Quæ omnia in Accusatore tantum, in Reo autem nullatenus verificari possunt, cum 1. Reus transigens falsum non committat, multò minus in S^Ctum Turpillianum incidat; Nec 2. aliquid liberalitate remittere possit.

XXIX.

Et quamvis hic de falsi accusatione, quæ remittitur ex parte Rei, quis objicere possit: Illa tamen remissio liberalis non esset, sed pacti naturæ contrariaretur; imò ante litem motam considerari nequit.

XXX. Hinc

XXX.
Hinc satis evidenter apparet, non modo transa-
ctionem & pactum de crimine capitali subsistere, re-
spectu Actoris seu Accusatoris, verum etiam prorsus
impunitum esse.

XXXI.

Eo ipso enim tum in posteriori legis parte rescripse-
runt: Non licere transigere citra falsi accusationem;
declarant de capitalibus, hoc est, sanguinis pœnam
seu mortem ingerentibus, impunè transigi posse?

XXXII.

Idque tanto magis, quia eadem sanguinis redi-
mendi ratio militat in accusatore, propter vincu-
lum inscriptionis, quod arripere quisvis accusator
necessè habet, & ad evitandam pœnam Talionis
cuius mentio fit,

in l. fin. C. de Accusat. & l. 3. C. qui accusar. non poss.

XXXIII.

Accedit & hoc, quod Accusator & Reus sint
correlata, adeò ut in uno dispositum, censeatur et-
iam dispositum in altero;

Juxta Canonem Logicum & l. fin. C. de indict. vid. tollend.

XXXIV.

Quia autem moribus nostris necessitas subscri-
ptionis & pœna Talionis in desuetudinem jam du-
dum abiisse, uno ore jactitant omnes; elegans sub-

B

oritur

oritur hic dubitatio: Num adhuc ex parte Accusatoris in capitalibus delictis transactio licita sit nec ne?

XXXV.

In qua plerumque Dd. negativè concludunt, existimantes, cessante ratione legis, redimendi scilicet sanguinis, verius esse ipsam quoque legem cessare, præsertim si ratio sit correctæ, ut notat

gl. in l. 1. ff. de legit. tutor. l. adigere. S. quamvis de jure patronat.

XXXVI.

Verùm quo minus iisdem adistere possimus, sed impunè transigere accusatorem posse statuamus, movet, quod per indirectum Reis subtraheretur beneficium transigendi, & redimendi sanguinem suum, cum aliàs, si Accusator transigens pœna Turpilliani puniretur, nullus reperiretur, qui vellet transigere timens pœnam:

XXXVII.

Ut & quia Accusator, qui credidit se impunè transigere posse, sub autoritate legis circumveniretur, Contra l. 1. C. de iis, qui ven. etat. impetrar.

XXXVIII.

Et licet in usu esse desierit necessitas inscribendæ & pœna Talionis, tamen in Accusatoris favorem introductum est, exindeque ipsi transactio non deneganda, nec alia pœna substituenda, ne fortè illud, quod

quod in favorem ipsius introductum est, in odium eius retorqueatur.

XXXIX.

Cum igitur constet tam Accusatori quam Reo impunè transigere licitum esse, ac in utroque sanguinis ratio militet, ulterius queritur: Num ante iudicium constitutum pactio seu transactio etiam sit permessa? quod in Reo pro indubio prorsus habemus.

XL.

Sed in Accusatore undiquaque expeditum non est; Quidam hoc simpliciter affirmant, per rationem quod nemo invitus agat vel accuset, sed unicuique jus suum remittere, vel super eo transigere vel pacisci liberum sit.

Valla de reb. dub. tract. 7. vel maritus 29. §. pletitur. ff. ad L. Jul. de Adult. l. qui cætus §. 2. ff. de vi publico.

XLI.

Alii verò & quamplurimi hoc inficias euntibus, tum quod ante inscriptionem ratio legis cesset, nec ad sanguinis pœnam sit obligatus, cum quia is, qui ob non accusandum pecuniam accepit, concussionis teneatur.

l. 2. ff. de concuss.

XLII.

Hottomannus mediam eligens viam, distinguit inter pactum & transactionem: Illud impunè fit ab Accusatore, cum quis iniuriam suam gratis re-

B 2

mittere

mittere possit, hæc verò non: propter rationes th. præcedenti adductas, quæ sententia juris rationi consentanea est;

per d. l. 2. & l. qui accusare 8. ff. de Accusat.

XLIII.

Quamvis eo in casu transactionem tenere non negamus ad hoc, ut ab illo cum quo transigit accusari non possit,

text. in l. siquidem 9. C. de contrab. stipul. & l. quamvis 3. C. ad Sctum Turpill.

XLIV.

Post causam verò criminis ordinatam, id est, in scriptionem depositam, An liceat post litem contestatam & institutam actionem pacisci vel transigere? Dubitari potest.

XLV.

Et quidem in Reo imprimis, cum juri publico pactis privatorum derogari non possit, ac publicè intersit nocentes puniri.

XLVI.

Deinde quia ab alio potest repeti & cognitio criminis restaurari, adeoque prorsus absque effectu sit transactio seu pactio, & alias rationes quas Hottomannus in propugnanda ista sententia, refert, sed refutat Dn. Arumeus Præceptor honorandus, d. disp. 1b. 22. & seqq. Quo nos remittimus, ne relata ab aliis congerere, si vellemus omnia liberales hic videamur nimis, aut inepti nullo bono.

XLVII.

XLVII.

Verùm licet alii in eiusmodi criminibus publicis, quicumque illi sint, ab accusatione non arceantur, nec iis transactio facta noceat, quo minus Reus ab alio repeti, & de novo accusari possit.

l. qui cœtu 5. §. fin. ff. ad L. Jul. de vi publ. l. 3. §. si ad plures ff. de sepulch. violat.

XLVIII.

Attamen quia ista transactio publicam vindicationem Magistratui, quo minus contra eundem Reum ex officio procedere, vel alius accusare possit, non aufert; sed tantùm privatum interesse concernit; & quantum ad remissionem damni ipsi Accusatori, dari atque impensas & sumptus ipsius litis seu accusationis respicit, utilem transactionem esse intrepidè defendemus.

XLIX.

Idque tanto magis quia 1. pro confesso non habetur, ut in aliis criminibus. *l. 4. §. fin. cum LL. seqq. ff. de his, qui notant. infam. Pœnam 2. non incurrat, quam solet incurrere is, qui Accusatorem corrumpit, l. in fisci 4. l. ejus 29. l. Imperatores ff. de jure fisci. Nec 3. infamis fiat. l. infamem ff. de publ. judic. & l. 3. C. ad SCtum Turpill.*

L.

De Accusatore verò hoc casu quid statuendum ex superioribus elucet, ubi istam L. in solum ipsius favorem inductam esse asseruimus.

B. 3

LI. Unum

LI.

Unum tamen ibidem ommissum videtur, quod sicco pede præterire nequaquam volumus; Utrum scilicet Accusator, nudâ transactione facta, pœnam Turpilliani effugiat, an verò abolitionem insuper impetrare necesse habeat?

LII.

Affirmativam tuetur Valla d. loc. existimans tunc demùm impunè transigere in criminibus pœnam sanguinis ingerentibus Accusatorem, si abolitionem petierit à Judice, quam præter consensum partium denegare non possit.

Valla de reb. dub. tract. 17. n. 6. & seqq.

LIII.

Et in hoc differentiam esse ait, quod in aliis delictis, scilicet non capitalibus, abolitio absque causæ cognitione non sit decernenda, quod, quàm verum sit, in ipso discursu videbimus.

LIV.

In principali autem negotio omninò negandum ducimus abolitionem ullam esse necessariam, sed transactionem & pactum absque abolitione Accusatorem relevare, contra Vall. statuimus.

per text. express. in l. 3. C. ad SCtum Turpill.

LV.

Subsequuntur in textu illa verba; Excepto adulterio; quæ omnem difficultatem peperisse Dd. unanimiter

nimiter clamant, ita ut in investiganda ratione vix
invenies, ubi queas consistere, inquit Delrio.

LVI.

Anton. Faber hanc L. rusticitim tangendo in
querenda dissimilitudinis ratione laborandum non
esse ait, existimans, verba illa, Excepto Adulte-
rio, ab imperito Interprete addita esse.

LVII.

Castrensis verò & Fulgosius rationem necessa-
riam seu demonstrativam inveniri posse simpliciter
negarunt, cum omnium quæ à majoribus constituta
sint, reddi ratio non possit.

l. non omnium. ff. de L. L.

LVIII.

Verùm quia Anton. Faber contra omnium exem-
plarum fidem ita statuat. Alterum refugium autem
miserorum, & ignavia solatium esse videatur, illam
sententiam alii rejicientes, in investiganda ratione
admodum laborant, & à singulis singula redduntur
adeò, ut hic rectè dici possit,

Tot sententia, quot capita.

LIX.

Quarum duodecim refert, sed omnes refutat Delrio
hic, tandemque in illa, quam ab Alciat. & Cujac. tradi-
ta, in & à se adjutam esse ait, subsistit.

LX.

Existimantes ideò de Adulterio transigi non posse,
quod

*quod Adulterii causa inter capitales olim non fuerit
reputata.*

LXI.

*Capitale utrum fuit ex L. Julia Adulterium? acriter
controvertitur inter Dd. Quidam enim hoc sim-
pliciter affirmant, statuentes, ante L. Juliam capi-
tale fuisse in faeminis, constitutam autem esse poenam
postmodum in utroque sexu ab Octavio Augusto,
qui Autor L. Juliae, non Julius Cæsar, ut falsò si-
bi imaginantur non nulli. l. 1. ff. ad L. Jul. de Adult. idq;
multis & acriter repugnat Lycklama memb. 5. Ecclog 9.
Consult. Dn. Arumæus stabilientes suam opinionem,
per text. item l. Julia. Inst. de publ. jud. & l. quamvis 30. in
fin. C. ad L. Jul. de Adult.*

LXII.

*Verùm ut maximè momentis Historiarum con-
veniat, ex antiqua Romuli lege maritum adhibitis
cognatis in uxorem adulteram, etiam cum interse-
ctione animadvertere potuisse, juxta verba: Ad-
ulterii convictam, vir & cognati, uti volent, ne-
cato.*

Gell. lib. 4. Noct. Attic.

LXIII.

*Illud tamen jus maritis & cognatis ablatum post-
ea fuit ab Octavio Augusto ejusdem delicti vin-
dicatione & cognitione ad Magistratum translata.*

*l. 1. ff. ad L. Jul. de Adult. Bodin. in Method. histor. cap. 4.
pag. 78. & de republ. lib. 1. c. 3.*

LXIV. Pa-

LXIV.

Pariterque L. Julia prohibitum & sic delictum publicum factum est, poenam relegationis ordinariam in adulteros statuentes sive foemina sive masculus reus vel rea fuerit.

Text. in l. 5. ff. de quest. uti Heig. quest. 29. n. 47. & seqq. ex Cornel. Tacit. lib. 4. eleganter deducit.

LXV.

Quamvis in militibus severius fuerit vindictum, & poena deportationis praestituta, uti Historia Romana demonstrat, nonnunquam etiam gravior in paganis fuerit punitum, ut Historiae testantur,

l. 2. §. miles. 3. ff. de his, qui not. infam. l. miles. 11. h. t.

LXVI.

Quia autem poena nimis lenis existimabatur, & Adulteria graviolem coercitionem requirere videbantur; crescentibus siquidem delictis etiam poena crescere debeat, ex Imperatorum constitutionibus, successu temporis aucta & paulatim capitalis facta fuit.

LXVII.

Et sanè licet Historici non conveniant, secundum Lips. in Comment. ad Tacit. à quonam Imperatore poena sanguinis in adulteros sit constituta: Sufficit tamen nobis tempore L. nostrae promulgata Adulterium fuisse capitale, ut exceptio sit de Regula.

C

LXVIII.

LXVIII.

Capitale enim fuisse sub Alexandro patet ex l. castigati 9. C. ad L. Jul. de adult. ibi: si quocunque modo poenam capitalem evaserit, eademque fuit sub Constantino Magno & quidem poena gladii.

Text. express. in l. quamvis 30. in fin. C. ad L. Jul. de Adult. l. 2. & l. 4. C. Theod. quor. appell. non recip.

LXIX.

Quod cum ita sit & poena tantum correcta & immutata, inquit Cujac. & Delr. ac novae constitutiones strictissime sint accipiendae, consequitur transactionem adhuc illicitam esse. Adulterium enim olim capitale fuit: hoc abrogatum est nominatim; Olim de Adulterio transigi non potuit, l. de crimine C. ad L. Jul. de Adult. hoc abrogatum non est; Remansit igitur in usu, ut de eo transigere non liceat.

LXX.

Verum ista nodum dissolvere non videntur, illud ipsum enim, quod pro ratione allegant, est de quo queritur, cur scilicet, mutata poena adulterii, etiam ratione transactionis, jus immutatum non sit.

LXXI.

Delrio rationis rationem reddens, ideò factum esse existimat, quia Adulterio convenire, aliquid turpis patientiae vel Lenocinii simile in se contineat.

LXXII. Quae

LXXII.

Quæ sententia quia in solo marito verificari potest, palato meo non arridet; nec enim sequitur, eum, qui de Adulterio transigit, confestim Lenonem fieri vel Lenocinium committere.

LXXIII.

Nos igitur rationem exceptionis in frequentia & summa delicti gravitate seu turpitudine positam esse existimamus, cum is qui transigat viam quasi maniat, ad novo adulteræ complexus, quibus denique ordines honestorum corrumpuntur, Adulterini & incestuosi substituuntur.

LXXIV.

Unde falso tradunt Dd. Tribonianum, in compilatione, interpellando locum istum; jus vetus juri novo accommodasse, istamque exceptionem adjecisse, ut cum constitutione Constantini conveniret; cum tempore Diocletiani & Maximiliani, hoc delictum capitale fuisse, supra ib. 68. ostendimus. Unde nihil à Triboniano additum, vel à Glossographo quodam adscriptum esse censemus.

LXXV.

De Stupro; An transactio & pactum licitum sit? Omnes ferè conveniunt in Negativa. Sed utrum ad primam L. nostræ partem: An verò posteriorem pertineat, dubitatum video? Posterius nobis placet.

C 2

LXXVI.

LXXVI.

Cum enim non dubitetur, Stupri pœnam in honestioribus publicationem partis dimidiæ bonorum; In humilioribus. Verò fustigationem cum relegatione fuisse, in illo idem. ius ratione transactionis, atque in aliis non capitalibus, constituendum est.

LXXVII.

Nisi forsàn tale sit stuprum, quod capitalem coërcitionem habeat, ut puta si quis cum masculis nefandam libidinem exerceat, tunc enim transactionem itidem prohibitam esse statuimus.

S. item L. Julia. Inst. de publ. judic. l. cum vir nubit. 31. C. ad L. Jul. de Adult.

LXXVIII.

Cuius sceleris tanta est atrocitas & tam detestabile crimen, ut juxta quorundam opinionem, nec nominari nec cogitari possit, cui coërcendo L. Scantinia lata dicitur: adeò ut nec de attentato propter summam ejus execrationem, transactionem permitendam esse opinemur.

LXXIX.

Quia autem Raptus crimen L. Julia potestatem excedit, l. qui cœtu. s. in fin. ff. ad L. Jul. de Adult. dubitatur; Num & illud à regula excipiatur, nec ne? Quod negandum dicimus.

LXXX.

Ob rationem quod solum Adulterium excipiatur,
in d.

in d. l. n. Nec eadem militat ratio in Raptu quam
supra in Adulterio assignavimus. Nisi forsan ho-
nestam mulierem rapuerit, tunc enim quia Adulte-
rium raptui inest idem jus quo ad transactionem
obtinere statuimus.

Per d. l. unic. ibi: quæ multo magis C. de rapt. virgin. & No-
vell. 143. c. unic.

LXXXI.

Nec moveat quem; 1. Raptus crimen excedere
Adulterium. 2. Appellationem eidem esse denega-
tam. 3. Quod consci hujus criminis capitali pœna
subjiciantur. 4. Quod parentes, qui patientiam præ-
buerint, & dolorem remisserint deportationis pœna
plectantur.

Uti Dd. quos ego vidi omnino unanimiter statuunt.

LXXXII.

Cum Adulterium hic non ob atrocitatem tan-
tum, sed etiam frequentiam delicti, ne Adulterinis
repleatur Respubl. excipiatur. Deinde est diversa
ratio in Appellatione quam transactione; Illa enim
concernit processum, & ideo prohibita quo causa cele-
rius finiatur. 3. Non simpliciter consci Raptus ca-
pitaliter puniuntur, sed si conspiraverint, & in
dolo versati fuerint. 4. Puniuntur parentes, si ab
initio scienter rapienti patientiam præbuerint.

LXXXIII.

In Parricidio & crimine læsæ Majestatis seu

C 3

Per-

Perduellionis, idem ut statuamus juris rationi consentaneum est; licet enim eiusmodi delicta sint atrocissima, frequentia tamen, quæ casuam excepto adulterio simul præbet, deest, adeo ut etiam non reperiri possit, qui eo inquinaret crimine, Solon existimasse dicitur,

LXXXIV.

Nunc ut alteram L. nostræ partem paucis etiam attingamus, talis Regula proponitur; In aliis publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt transigere non licet, citra falsi accusationem.

d. l. n.

LXXXV.

Rationem adsignant communiter hanc, quod cesset ratio redimende vitæ & sanguinis, ob quam in capitalibus permissa est. d. l. i. ff. de bon. cor. qui ante sent. Et ne delicta maneant impunita.

Gædd. de contrah. & commut. stipul. c. 6. n. 159.

LXXXVI.

Hinc evidenter apparet in fustigatione, membri mutilatione, & consimilibus, quia capitalia non sunt, nec mortis pœnam ingerunt, transactionem impunitam non esse.

LXXXVII.

Quia autem ab initio Disputationis nostræ diximus, conceptam esse L. nostram de publicis judiciis, movent

movent Dd. hic questionem circa privata delicta;
Utrum in illis etiam transigere liceat? Et commu-
niter distinguunt, an civiliter, an verò criminaliter
actum fuerit? Priori casu licitam esse putant, poste-
riori verò non.

Per l. post decisionem 13. C. de furt. ubi Actione furti experi-
ri licet, nisi transactum sit, l. si pro fure 7. ff. de condict. furtiv.
l. 7. §. si paciscar ff. de pact.

LXZXVIII.

Rationem adsignant plerumque, quia partes non
possunt renunciare juri publico, aut facere ut delicta
maneant impunita. Deinde quod transigentes noten-
tur infamia.

d. l. 7. §. si paciscar. l. 1. ff. de his, qui notant. infam.

LXXXIX.

Verum quia Praetoris est privatorum controver-
sias dirimere; à quibus si sponte recesserint, id ratum
habere, l. 1. ff. de oper. nov. nunt. Pactum & transactio-
nem in omnibus delictis privatis valere, ita ut nec
ab eo cum quo transigit, nec ab alio possit conveniri,
vel repeti de eodem delicto, sive criminaliter sive
civiliter fuerit actum, extra controversiam habemus.

XC.

Nec moveat quem, quod paciscens notetur infam-
iâ, cum illud tantum respectu Rei, & in furto
vi bonorum, raptorum, injuria, dolo malo pro-
cedat, in reliquis verò privatis delictis, pactio pror-
sus

*sus impunita sit, & in illis æque, atque in his de jure
subsistat.*

XCI.

Ut autem dictis casibus Reo paciscenti infamia irrogetur, accipiendum existimamus, si pretio pactus fuerit, ceterum si gratis vel precibus impetaverit, nec hoc casu in illis edictum locum habere opinamur.

Text. express. in l. furti 6. §. pactus ff. de his qui notant. infam.

XCII.

Idque ideò quia in hisce delictis transigens pro victo habetur, quem infamia sequitur, in reliquis tunc privatis delictis non.

l. 7. de publ. judic.

XCIII.

De furto igitur & reliquis privatis delictis, quæ lege publica, capitalia facta sunt, non est ut laboremus iis in casibus, quibus hæc ipsa crimina capitalia sunt, pactum & transactionem valere, cum non tam criminis appellatio, quàm qualitas pœnæ attendenda. Don. hic. n. 7. Preinlich Halsgerichts Ordnung. art. 157. & seqq. ex quibus colligitur, furtum duobus saltem in casib. capitale esse, si videlicet, cum effractione, ascensu in aedes, vel vi, art. 159. factum & tertio reiteratum sit. art. 162.

XCIV.

XCIV.

Nunc ut ad regulam propositam redeamus, in illa duæ moventur controversæ quæstiones; Prima: Utrum in criminibus non capitalibus pacisci liceat, nec ne? Quod affirmandum ducimus.

XCV.

Quia, si quis gratis crimen non capitale remittit, ad L. nostram non pertinet, nec contra L. committit. l. mariti 29. §. 2. ff. ad L. Jul. de Adult. hac l. nostra, ubi tantum transigere non licet in criminibus non capitalibus. LL. autem correctoriae sunt strictissime accipiendæ.

CXVI.

Alterâ: Utrum Vocula citra sumatur hic exceptivè, pro præter, an verò privativè pro sine: seu, quod idem est; Utrum crimen falsi hic excipiatur; An verò pœna falsi transigentibus irrogetur? Posterius mihi arridet.

XCVII.

Tum quod nullus in jure locus reperiat, in quo habeatur de crimine falsi impunè transigi posse, nec ratio Exceptionis dari possit: non enim satis firma est illa, quod crimen falsi interdum capitale sit. l. ut falsi 22. C. ad L. Cornel. de fals. cum omnis exceptio debeat esse de regula.

Ampliss. Dn. Arum. th. fin. & ibid. alleg.

D

XCVIII.

XCVIII.

Cum quod Vocula citra sapissimè pro sine, rarissimè verò vel nunquam pro præter in jure nostro ponatur; In dubio igitur ea interpretatio est assumenda, quæ est frequentior & ex usu juris.

Sic in l. 19. ff. de procurat. l. ut sit. 31. ff. pro soc. l. ult. ff. de publ. judic. l. nec filius 7. C. de reb. cred. l. 7. C. si cert. petat. l. 4. C. de rei vind. l. 3. C. de usur. l. 13. C. de jur. dot.

XCIX.

Circa finem annotemus etiam admodum controversam questionem: Quanam falsi accusatio hic intelligenda? Communiter volunt eam esse, quæ ex Scto Turpilliano infertur.

Per l. 1. S. si quis autem l. 5. ff. ad Sctum Turpill. l. 5. C. eod. ubi Dd. ferè omnes.

C.

Verum, ut numerum claudamus, quia istud Sctum tantum in Accusatorem desistentem conceptum est, nobis eorum arridet sententia, qui illam Accusationem ex L. Cornelia de Falsis deducunt.

l. 1. S. 2. ff. ad L. Cornel. de Fals. Obrecht. disp. 9. th. 102. Briffon. lib. sing. ad L. Jul. de Adult.

MONITUS MELIORA SEQVAR.

Quæritur:

An in causis Criminalibus Procurator admittendus sit, nec ne?


Ad



Ad Nobilissimum Dominum
R E S P O N D E N T E M.

DUm tibi Juridicâ transactio docta palæstrâ
Exfurgit, doctè & propugnâs, divitis illa;
Quæ dedit ingenii tua'vis, problemata juris.
Pro merito laus illa tuo, quæ maxima factis
Egregiis debetur, erit, tu pergito saltem,
Et proprio Patrium decorato nomine nomen.


Dominicus Arumæus D.



Fœmina pubescit citiùs quàm masculus annis,
Et Jan-Christophorus pubes fit acumine
Sub nimum tenero solitò maturiùs ore. (mentis
Illic, vulgatâ si audimus, credimus aure,
Defectum ætatis malitas uberrima supplet.
Hic verò ætatem bonitas uberrima præstat.
Strenuus in cœptis his si perrexeris, olim
Augurio hoc nostrò permagnus habeberis heros.

Valentinus Riemer D.
& Profefs.

FINIS.



Ab Nobilissimis Dominis
R E S P O N D E N T E M

His tibi laudibus transmissis hoc a patris
dignitate, hoc a propagnis, divinis illis
Quod dedit ingenium tuum, prodeuntis iuris
Pro merito huius tuo, per meritum factis
Patentem debentur tibi, in perquisitum
Proprio Patris decore nomine nomine

Dignissimus Dominus

Commendatissimo

Commendatissimo cuius gratia et honoris causa
Et in Christo honoris causa in actibus
Sub omnibus tuis de iustitia et
hic tuis laudibus transmissis hoc a patris
dignitate, hoc a propagnis, divinis illis
Quod dedit ingenium tuum, prodeuntis iuris
Pro merito huius tuo, per meritum factis
Patentem debentur tibi, in perquisitum
Proprio Patris decore nomine nomine
Valentinus Richter D.
& Coelector

F. N. 12



Handwritten text at the top edge of the page, including "Alte..." and "10".

01 A 6518

ULB Halle 3
 002 937 514



VD 17

Reise ✓

Handwritten text at the bottom edge of the page.



Handwritten marginal notes in black ink, including the word "Wol" and other illegible characters.

Handwritten marginal note in black ink, possibly starting with "Ei".

Handwritten marginal note in black ink, possibly starting with "m".


Main body of handwritten text in a medieval Gothic script, arranged in vertical columns. Some lines are written in red ink (rubrication).

Handwritten marginal notes in black ink, including the number "17".

Large handwritten number "1533" in black ink, written vertically.

Large decorative initial letter, possibly "B" or "C", written in blue and red ink with elaborate flourishes.





VI.
Centuria
CONCLUSIONUM,
DE PACTIS
ET TRANSACTIONI-
BUS IN CAUSIS
CRIMINALIBUS,
desumpta

Ex Nobili illa & tot Scriptorum
laboribus nobilitata constitutione L. Transigere
18. C. de Transact. & Concordant.

QVAM
A. A.

Scitu & permisso incluta Facultatis Juridicae

PRÆSIDE

Viro Clarissimo & Consulissimo

Dn. PHILIPPO LOCHMANNO J. U. D.
Præceptore suo æternùm honorando.

Examinandam publicè proponit

JOHANN: CHRISTOPH: von Rottwitz/
EQ. SILES.

Die 18. Septemb. in Aroaterio Jctorum.

JENÆ

TYPIS JOHANNIS BEITHMANNI,

ANNO MDCCXVIII.